

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 21. Maxima Salesii felicitas in revocandis hæreticis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

aberet
evo-
Pari-
m stu-
æ au-
as sub
e vero
tre Pa-
Panci-
izæ va-
ratus:
venit,
Saluta-
atriam
Advo-
nimus
pende-
seruit,
Gene-
ræpo-
Clau-
batur,
acrum
jam
copali
inatus
Diæ-
im ei-
s, ac
Verbi
mpto,
nagis-

magisque miro hoc munus obiisse vi- **Sæcul. XVI.**
detur. **A.C 1592.**

§. XXI.

*Maxima Salesii felicitas in revocandis
hæreticis.*

Vix Salesius Turnonii Chabelliensis *Marf. &*
Baill. l. c.

Ducatus urbe Verbum divinum annuntiare cæperat, cum illico plusquam sexcenti apertis animi oculis errores, quibus antea fascinati erant, detestarentur: postea varios pagos assidue per vagatus pauperes rusticos Christianæ doctrinæ præceptis imbuebat, atque illorum salutem singulari prorsus studio procurare adlaborabat, nec vitæ periculis, quibus sæpius exponebatur, teritus, neque exantlatis in tam ampla, tamque ardua expeditione, quæ integræ Virorum Apostolicorum Societatis vires exhaudire posset, laboribus frangebatur, nec insultibus absterrebatur hæreticorum, qui eum tanquam Magum, & Veneficum traducebant, frequenterque ejus vitæ insidiabantur: nihilominus obstinatissimos quoque sua mansuetudine, constantia, pietatisque exemplis superabat; unde juxta Historicorum ejus vitam describentium relationem ab anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo secundo usque ad annum Domini

Sæcul. XV. mini millesimum sexcentesimum secundum tunc Genevensis Episcopus Christo,

A.C. 1592.

& Ecclesiæ plus quam septuaginta hereticorum millia lucrifecit.

§. XXII.

Germaniæ tumultus ob Argentinensem Episcopatum.

Thu. l. 104.

Lett. Card.

Offic. t. I.

lett. 34.

pag. 489.

Hoc anno in Germania ingentes suffitabantur motus occasione nata ex obitu Comitis de Manderscheit Argentinensis Episcopi, qui die secunda Maji senio gravis in oppido Tabernarum vitam cum morte commutabat. Post mortem ejus cum Successor ejus diligendus esset, præprimis de loco in quo electio fieri debebat, inter suffragatores minime conveniebat; quippe Majorum Religioni addicti Tabernis, Protestantes vero in Urbe, ut conventus indiceretur, postulabant, quamobrem cum contendentium animi incalescere cœpissent, Imperator ad Canonicos perscribebat, se brevi missurum Legatos, qui Sede vacante, nequid Diæcesis detrimenti capiat, illam administrent: insuper idem Senatui præcepit, ne Canonicis pacem turbantibus opem ferret. Attamen Protestantes numero superiores spreto Cæsaris imperio die trigesima Maji habito conventiculo animi sui propositum Catholicis manifestabant, mox

que